

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,  
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Matronae Margaretae Schagken/ Uxori  
carissimae, Vir ... Joachim Vieregge/ Capitaneus in Dobberan, maritus  
moestissimus, paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ...  
invitat ac hortatur**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775778648>

Druck    Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,  
in  
**Margar. Schagk,**  
uxor. J. Vieregge.

36.

Rost. 1638.







PROGRAMMA

Quo  
Rector Universitatis Rosto-  
chensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quas

Nobiliss. Matronæ

MARGARETÆ

SCHAGREN/ Uxori carissimæ,

Vir Nobilissimus

JOACHIM VEGEDEGGE

Capitaneus in Dobberan, maritus

mœstissimus, paratas cupit.

Omnis omnium ordinum Cives Academicos hora  
BIBLIOTHEK. Ritteria in templo Mariano studiose invitatae  
ac hortatur.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILLI, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

**N**on jam succedunt, ut apparet, funera funeri, sed junguntur, & continuantur. Ecce uno ductu & ordine quatuor ex familia prænobili & generosa simul incedunt, Avia, Generi, Filiæ & Nepotis. Quid lacrumis, quid luctu, quid meditatione mortalitatis dignum est, si hoc non sit? præsertim si videamus, qui fuerint, quibus virtutibus ornatæ, quā sui spem & exspectationem præbuerint. Ordinem istum, ut quidem videtur, mortualem, sed rectius & magis Christiano more ac ritu, triumphalem ducat Avia, mulier, si quæquam alia, ex antiquo & prænibili genere S C A G R I O R U M orta, & Lubzini nata Anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono, postridie ejus diei, quæ tribus Regibus est sacra. Pater ei fuit Nobilissimus & Serenus, piæ mem. Vir Heinrich Schagken/auß Langemüßen & Hasenthal/Saxoniae inferioris. Mater Nobilissima, Honestissima, & Virtuosissima fœmina Eva Preen/de domo Lubzin/ Avus paternus vir Nobiliss. Joachim Schagke von Langemüßen und Hasenthal. Avia paterna Margaretha Messdorff/ quæ familia, ut antiqua, ita notissima, tandem esse desit. Proavis paternus primus fuit vir Nobil. Heinrich Schagke von Langemüß und Hasenthal. Proavia paterna prima Nobiliss. & præstantiss. fœmina Margareta von Bothen. Proavus paternus alter Achim Messdorff. Proavia paterna altera Anna  
von

von Bockholt. Avus maternus vir Nobil. & strenuus  
Achim Preen/dominus hæreditarius in Lubzin: A-  
via materna Barbara Levezowen de domo Miß-  
dorf. Proavus primus maternus Gassen Preen. Proa-  
via prima materna Maria N. Proavus alter mater-  
nus N. Levezow von Mißdorf. Proavia altera mater-  
na Margareta Smekler von Wustensfelde. Cæteri  
majores & progenitores Nobilissimi sunt, Die  
Sprengel/ Die vñ Zulen/ die Levezowen/ Die Sto-  
ven/ Die von Bockholt / Die von Ranckowen / Die  
von Dienen/ Die von Siggen. Ex hac tam vetusta,  
tam Nobili familia nata est hæc pie defuncta Mar-  
gareta Schagken/unica, & vel hoc nomine, paren-  
tib. dilectissima filia. Quia vero in iniquitatibus  
concepta erat ut Psalmus loquitur, & in peccatis  
eam conceperat sua mater, parentes alio longè no-  
biliori modo eam regenerandam curarunt, ut per  
lavacru regenerationis ac renovationis in Spiritu  
S. mystico sui Redemptoris Dn. J E S U C H R I S T I  
corpori insereretur, ac deinceps pia educatione ad  
timorem Dei & virtutes tanta Nobilitate dignas in-  
stitueretur ac duceretur. Ut autem in humanis rebus  
nemo sibi fortunæ constantiam promittere potest,  
ita pater huic suæ filiolæ prius, quam primum vitæ  
annum absolveret, ereptus est & ex hoc mundo in  
alterum beatiorem translatus, matri soli educan-  
dæ filiæ totum onus reliquit. Quod quidem illa  
pro virili sustinuit & hanc suam unice dilectam ac

A 2

relicta

relictam filiam ita eduxit, ut ad modestiam, vere  
cundiam, ac cæterarum virtutum Nobili virgine  
dignarum decus eam adsuefaceret. Quod quidem  
ita feliciter cessit, ut Anno millesimo sexcentesimo  
quinto Sponsum acciperet Virum Nobiliss. ac stre-  
nuum Dn. Joachim Viereggem præfecturæ Dobbe-  
raniensis nunc Capitanum bene de hac Provincia  
meritum: (Cui tamen fortunæ hæc adjuncta fuit  
calamitas ut eodem anno mater optime merita  
ex hac vita discederet,) anno sequenti videlicet  
millesimo sexcentesimo sexto eidem felicibus au-  
spiciis in manum tradita ac domum ducta est. Hu-  
jus matrimonii status utriq; ex voto successit: si-  
quidē vero, conjugali, minimeq; simulato aut fu-  
cato amore cultum, liberos quaternos produxit:  
primū C A R O L U M M A T T H I A M Viereggem/ ad-  
olescentem præditū nobilissima indole ad suæ gentis  
ornamentum & præsidium; ex quo parentes jam  
senio vicini magnā lætitiae messem percipiebant,  
longè majorem vero sperabant: Sed, o dolor, is flo-  
rentissimus juvenis anno ætatis trigesimo, die 12.  
Maij superioris anni casu pariter insperato ac tristi  
ex hac vita sublatus est. Secundo loco nata est Adel-  
heid Viereggem/ quæ tristissimo funere, una cum  
Nobiliss. suo marito Dn. Georg Christoff Behren/  
& filio carissimo, dabit matri comitem & ad se-  
pulturam una cum iis efferetur. Tertia sors nascen-  
di contigit Nobilissimo juveni Joachim Heinrich  
Vier

Viceregent / Majoris dignitate ac titulo ornati,  
Quarta est virgo lectissima **Eva Dorothea** Viceregen:  
gen: quibus, quia Dei gratia superstites vitam feli-  
citer degunt, horum capitum adeo dilectorū, adeo  
propinquorum funera, luctum attulerunt, qualem  
piis liberis à carissima matre, piis affinibus à deside-  
ratissimo sororio, piis fratri & sorori ab sorore dile-  
ctissima ejusq; filio adferri, notum est. Hæc ergo  
ita se quidem habent, verum fœminæ nobilissimæ  
non sufficiebat generis tantum decore & majorum  
nobilitate censori, nisi à se quoq; adderet, quod  
majorum decus illustraret, posteris vero facem ad  
virtutis imitationē accenderet ac præferret. Primo  
igitur id studuit unicè, id operam dedit, ut quod  
videri ac dici volebat, vere Christiana esset, cui fi-  
dès Christiana versaretur, non in ore solum sed in  
corde, non in labris tantum sederet, sed in fibris,  
non voce tantum & verbo, sed re & opere præstata.  
Quid enim aliud ex re & opere ipso judicari pot-  
erit, cùm semper esset occupata studio verbi divini,  
sive legendi sive audiendi, sive meditandi: hic illi  
thesaurus erat, hæc Margarita, cujus comparandæ  
studio omnia, qui in hoc mundo præiosa putabat,  
relinquere parata erat, sacras conciones nunquam  
negligebat, nisi forte valetudo eam impediret: cu-  
jus rei locupletissimum testimoniu[m] prohibebunt,  
non solum Ecclesiastes ejus loci, quo antehac uisa  
est, sed & hujus Ecclesiæ pastores, quibus assiduam

Operam dedit: Nec aurum tantum operam dedit,  
sed ipsa quoq; ut ante dictum, præstitit: Sacra  
synaxi frequenter usa est: piis & seriis precibus assi-  
duè incubuit, non ipsa solum noctu, diu, mane, ve-  
speri, sed & liberos, adeoq; omnes curæ suæ com-  
mendatos familiares, ut suum exemplum in ea re  
sequerentur, hortata est: quibus nō hoc solum, sed  
& aliarum virtutum exemplo inculpato præivit.  
Dei cultū ac timorem secutus est mariti, hoc dile-  
ctissimæ conjugis obitu graviter turbati atq; adfli-  
cti, verus Amor: quē erga se cum semper ille con-  
stantem, & flagrantē senserit, neq; satis nunc præ-  
dicare potest, & ex hoc discidio vulnus ortū eo cœ-  
pit ægrius atq; acerbius. Sperasset enim futurū, ut  
quos anni & amores juveniles mutuiq; conjunxit-  
sent, eos anni seniles mutuo auxilio reficerent ac  
sustētarent. Sed aliter visuni est ei, qui vidit omnia.  
Mariti amorem secutus est amor liberorum verè  
maternus. Is vero se exseruit, primum in educatio-  
ne juxta regulam divinitus præscriptā, in qua post  
curam pietatis, hoc præcipue studuit mater, ut in a-  
nimos teneros nulli fastui aditus, nulli superbiæ lo-  
cus patefieret, probitatem vero & modestiam verā,  
nec simulatam inculcaret, concordiam inter fra-  
tres & sorores integrum servaret aleretq; & ad ser-  
vandā alendamq; autor assiduè & hortatrix esset.  
Deinde in cura ægrotantiū, quam sedulo impen-  
dit cum alijs, tum filiæ defunctæ: quæ si ullarē aut

sura

cura servari potuisset; hac equidem curā plusquam  
materna, servata fuisset. Quem affectum & sollici-  
tudinem & ipsi liberi superstites agnoscunt, gratissi-  
mo animo prēdican, nec ullo tempore memoriam  
eius obliterari patientur. Amori erga liberos proximus  
erat is, quē subditis debebat ac præstabat: hunc  
illi experti nunc prēdicant & amissum lacrumis co-  
piosis requirunt. Ita enim fere fit, ut homines no-  
stra tum demum bona intelligamus, cum, quæ in  
potestate habuimus, ea amisimus. Hanc tam piè,  
tam Christianè actam vitam sequitur finis conve-  
niens: qui actus tanquam ultimus, ne priorem vi-  
tam dedecoret, in primis cauto opus est. Cum enim  
ista Dominica, quæ Natalem Domini & Redempto-  
ris nostri præcedebat, ad sacram Synaxin cum filia  
beatissimè defuncta, accessisset, ista autem variolis  
paulo post correpta esset: adeo conturbata est hoc  
casu, ut ab eo tempore copta ægritudo finem ei vi-  
tæ attulerit. Crescebat nimirum quotidie, ita ut die  
17. Januarij in lectum se coniucere ab intemperie fe-  
brili cogeretur: quam illa summa patientia tulit,  
ac suam voluntatem divinæ omnino subjecit, nec  
quidquam magis, quam dissolvi & esse cum CHRI-  
STO desideravit: idq; testata est seria invocatione  
filii Dei, precibus effusis, & prælegente, quam carif-  
simam reliquit, filia, recitatis, abnegatione sui & se-  
culi: excepto, quod serio Deum precata sit, ut ne  
orphanos fieri permitteret, quos ex dilectissima fi-

OBITUARIA CLOVIS ET S. BENEDICTI. 18

lia viderat natos tenellos liberos; servaret matrem  
potius optimam iis patronā ac tutricē; Si tamen  
ei aliquid humanī, quod metuebat, contingere, fi-  
lium Joachim Heinrich monebat, ut in matris curā  
succederet, eamq; singulis relictis pariter prēstaret,  
idq; ille receptum haud dubiē curabit. Jam videba-  
tur morbus nonnihil remittere, jam spes erat resti-  
tutionis aliqua: sed fefellit, cum die 18. Februarij  
hora 8. matutina primum loquelæ difficultas non-  
nulla, deinde mortis vicinę judicia apparerent: Igi-  
tur Pastor Dobberanens. Vir Reverend. Dñ. M. Pe-  
trus Edelin officiose eam in visit, & ad patientiam  
Christianam ac in fide constantiam, ipsa annuente  
& approbante, hortatus est, donec inter preces fide-  
les, cum specertissima futurę beatitudinis animam  
suam in Redemptoris ac Dn. nostri J E S U C H R I S T I  
manus commendaret, ac beato obitu tanquam so-  
mno consopita hanc vitā finiret Anno ætatis qua-  
drages. octavo, septimana quinta. Habemus vitam.  
Nobilissimæ matronæ laudatissimam, habemus si-  
niem beatissimum. Deus Opt. Max. Viro Nobiliss.  
relieto viduo, liberis ac toti familiæ hoc lu&tuoso casu  
adfectæ donet Spiritum veræ consolationis eosq; con-  
firmet: idq; ita futurum confidimus. Nostrum est Cives  
Academi, ut Matronæ Nobilissimæ extreum hono-  
rem exsequiarū frequentes exhibeamus, neq; quenquā  
fore arbitror, qui id non libenter eo ultrò facturus: Ego  
tamen singulos & omnes, ut eō libertius faciant, quod  
salvo honore nostro amitti non potest, studiose hortor  
& moneo. Fiet conventus hora 3. in templo Mariano  
P.P. Rostochii 13. Martii Anno 1638,










**Vicereggen / Majoris dignitate ac  
Quarta est virgo lectissima Eva Dor-  
gen: quibus, quia Dei gratia superstis-  
citer degunt, horum capitum adeo de  
propinquorum funera, luctum attule-  
piis liberis à carissimā matre, piis affini-  
ratissimo sororio, piis fratri & sorori a  
etissima ejusq; filiolo adferri, notum  
ita se quidem habent, verum fœmina  
non sufficiebat generis tantum decoro  
nobilitate censori, nisi à se quoq; ad  
majorum decus illustraret, posteris v  
irtutis imitationē accenderet ac præ  
igitur id studuit unicè, id operam d  
videri ac dici volebat, vere Christian  
dès Christiana versaretur, non in ore  
corde, non in labris tantum sederet,  
non voce tantum & verbo, sed re & o  
Quid enim aliud ex re & opere ipso j  
rit, cum semper esset occupata studio  
sive legendi sive audiendi, sive medit  
thesaurus erat, hæc Margarita, cuius  
studio omnia, qui in hoc mundo preci  
relinquere parata erat, sacras concion  
negligebat, nisi forte valetudo eam im  
jus rei locupletissimum testimoniu  
non solum Ecclesiastes ejus loci, quo  
est, sed & hujus Ecclesiæ pastores, qui**

A 3



the scale towards document